

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Se publica en dias indeterminados, en medio, uno ó más pliegos.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM

APOSTOLICA SEDE HABENTES

VENERABILIBUS FRATRIBUS

PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI UNIVERSIS CATHOLICI

ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

CARTA ENCÍCLICA

DE NUESTRO SANTISIMO SEÑOR

LEON

POR LA DIVINA PROVIDENCIA

PAPÆ XIII

Á TODOS LOS PATRIARCAS, PRIMADOS, ARZOBISPOS Y OBISPOS

DEL ORBE CATÓLICO QUE CONSERVAN GRACIA Y COMUNICACION CON

LA SEDE APOSTÓLICA.

Á TODOS LOS VENERABLES HERMANOS

LOS PATRIARCAS, PRIMADOS, ARZOBISPOS Y OBISPOS DEL MUNDO CATÓLICO

QUE CONSERVAN GRACIA Y COMUNION CON LA SEDE APOSTÓLICA

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

Salutem et apostolicam benedictionem.

Supremi Apostolatus officio quo fungimur et longe difficili horum temporum conditione quotidie magis admonemur ac propemodum impellimur, ut quo graviore incidunt Ecclesiæ calamitates, eo impensius eius tutelæ incolumitatique consulamus. Quapropter, dum quantum in Nobis est, modis omnibus Ecclesiæ iura tueri, et quæ vel impendent ver circumstant pericula antevertere et propulsare conamur, assidue damus operam cælestibus auxiliis impiorandis, quibus effici unice potest, ut labores curæque Nostræ optatum sint exitum habituræ. — Hanc ad rem nihil validius potiusque judicamus, quam religione et pietate demereri magnam Dei Parentem MARIAM virginem, quæ pacis nostræ apud Deum sequestra et cælestium administra gratiarum, in celsissimo potestatis est gloriæque fastigio in cælis collocata, ut hominibus ad sempiternam illam civitatem per tot labores et pericula contendentibus patrocini sui subsidium impertiat. — Itaque proximis jam anniversariis solemnibus, quibus plurima et maxi-

LEON, PAPA XIII

VENERABLES HERMANOS:

Salud y bendicion apostólica.

El deber del Supremo Apostolado que desempeñamos y la difícilísima condicion de estos tiempos Nos advierten cada dia más y como que Nos impelen á mirar por la defensa y conservacion de la Iglesia con tanto más empeño cuanto más graves son sus tribulaciones. Por esto al paso que Nos esforzamos en defender sus derechos y en prevenir y rechazar los peligros que le amenazan ó la rodean, cuanto podemos, Nos dedicamos continuamente á implorar los celestes auxilios, que son los únicos que pueden hacer eficaces nuestros esfuerzos y vigilancia. — Para conseguirlos nada consideramos tan poderoso y adecuado como merecer el auxilio de la Madre de Dios, la cual, porque fué asociada á nuestra reconciliacion con Dios y administradora de las gracias celestiales, ha sido colocada en la mayor cumbre de poder y gloria celestial para dispensar su patrocinió á los hombres, que, por entre tantos trabajos y peligros, se dirigen á aquella sempiterna dicha. Así es que próximas ya las anuales solemnidades, que recuerdan los muchos y extraordinarios beneficios dispensados al pueblo cristiano por las plegarias del Rosario de María, queremos que estas

ma in populum christianum per Marialis *Rosarii* preces collata beneficia recoluntur, preces hasce ipsas singulari studio toto orbe catholico adhiberi Magnæ Virgini hoc anno volumus, quo, Ipsa conciliatrice, divinum Ejus Filium nostris placatum et mitigatum malis feliciter experiamur. Has igitur litteras ad Vos, Venerabiles Fratres, dandas censuimus, ut, cognitis consiliis Nostris, populorum pietas ad ea religiose perficienda vestra auctoritate studioque excitetur.

Præcipuum semper ac solemne catholicis hominibus fuit in trepidis rebus dubiisque temporibus ad Mariam confugere et in materna Eius bonitate conquirere. Quo quidem ostenditur certissima non modo spes, sed plane fiducia, quam Ecclesia catholica semper habuit in Genitrice Dei jure repositam. Revera primævæ labis expers Virgo, adlecta Dei Mater, et hoc ipso servandi hominum generis consors facta, tanta apud Filium gratia et potestate valet, ut majorem nec humana nec angelica natura assecuta unquam sit, aut assequi possit. Cumque suave Ipsi ac jucundum apprime sit, singulos suam flagitantes opem juvare ac solari; dubitandum non est, quin Ecclesiæ universæ votis adnuere multo libentius velit ac propemodum gestiat.

Hæc autem tam magna et plena spei in augustam cœlorum Reginam

dichas plegarias se presenten á la grande Virgen en este año con singular empeño por todo el orbe católico, á fin de que por su intercesion esperitemos felizmente que su divino Hijo está aplacado y compadecido de nuestros males. Hemos juzgado, pues, Venerables Hermanos, que debiamos dirigiros estas letras para, que conociendo nuestra resolucion, esciteis con vuestra autoridad la piedad de los pueblos para ponerla por obra fielmente.

Acostumbraron siempre los católicos y lo consideraron como un deber acudir á la Virgen María y confiar en su bondad en los peligros y en los tiempos difíciles. Esto demuestra no solo la certísima esperanza sino la completa confianza que la Iglesia colocó siempre en la Madre de Dios. Y verdaderamente la Virgen Inmaculada, elegida Madre de Dios y por lo mismo hecha consorte de la redencion del género humano, vale tanto en poder y gracia para con su Hijo, que mayor no la ha conseguido jamás ni la ha podido conseguir ni la naturaleza humana ni la angélica. Y siendo á Ella dulce y agradable ayudar y consolar á cada uno de los que la invocan; no se puede dudar que con más agrado aún quiere y como que se empeña en escuchar los votos de la Iglesia universal.

Más esta piedad tan grande y tan llena de esperanza para con la Madre de Dios brilló más claramente cuando el torrente de los erro-

pietas luculentius emicuit, cum errorum vis late serpentium, vel exundans morum corruptio, vel potentium adversariorum impetus militan-tem Dei Ecclesiam indiscrimen adducere visa sunt. Veteris et recentioris ævi historiæ, ac sanctiores Ecclesiæ fasti publicas privatasque ad Deiparam obsecrationes et vota commemorant, ac vicissim præbita per Ipsam auxilia partamque divinitus tranquillitatem et pacem. Hinc insignes illi tituli, quibus tam catholicæ gentes christianorum Auxiliatricem, Opiferam, Solatricem, bellorum Potentem, Victricem, Paciferam consalutarunt. Quos inter præcipue commemorandus solemnissimus ille ex Rosario ductus, quo insignia Ipsius in universum christianum nomen beneficia ad perpetuitatem consecrata sunt.—Nemo vestrum ignorant, Venerabiles Fratres, quantum laboris et luctus, sæculo duodecimo exeunte, sanctæ Dei Ecclesiæ intulerint Albigenses hæretici, qui recentiorum Manichæorum secta progeniti, australem Galliæ plagam atque alias latini orbis regiones perniciosis erroribus repleverant; armorumque terrorem circumferentes, late dominari per clades et ruinas moliebantur. Contra huiusmodi teterrimos hostes virum sanctissimum, ut nostis, excitavit misericors Deus, inclitum scilicet Dominiciani Ordinis parentem et conditorem. Is integritate doctrinæ, virtutum exemplis, muneris apostolici perfunctione magnus, pugnare

res, la exuberante corrupcion de costumbres y el embate de enemigos poderosos parecieron poner en peligro á la militante Iglesia de Dios. Las historias de los tiempos antiguos y modernos y los más santos anales de la Iglesia recuerdan las rogativas y oraciones públicas y privadas á la Madre de Dios y tambien los auxilios que ella prestara y la paz y tranquilidad conseguida de Dios por su intercession. Este es el origen de aquellos títulos insignes con que la saludaron las naciones católicas, *Auxiliadora de los cristianos Favorecedora, Consoladora, Poderosa en las batallas, Vencedora y Pacificadora*. Entre los cuales es memorable especialmente el título del Rosario con el cual se han perpetuado sus insignes beneficios en favor de todo el mundo cristiano.—Porque ninguno de vosotros, Venerables Hermanos, ignora, cuanta desgracia y desolacion causaron á la Santa Iglesia de Dios, á fin del siglo doce, los herejes Albigenses, los cuales descendientes de los Maniqueos habian llenado con sus errores el Mediodia de Francia y otras regiones de Europa, y, esparciendo por todas partes el terror de sus armas, intentaban dominarlo todo por medio de la desolacion y el estrago. Contra tan terribles enemigos suscitó Dios misericordioso, como sabeis, á un hombre santísimo inclito padre del Orden Dominicano. Este, grande por la integridad de su doctrina, por los ejemplos de sus virtudes y por el celo apos-

pro Ecclesia catholica excelso animo aggressus est, non vi, non armis, sed ea maxime precatone confisus, quam sacri Rosarii nomine ipse primus instituit, et per se, per suos alumnos longe lateque disseminavit. Dei enim instinctu ac numine sentiebat futurum, ut ejus precatone ope, tamquam validissimo instrumento bellico, victi hostes profligatique vesanam impietate audaciam ponere cogerentur. Quod reipsa evenisse compertum est. Etenim ea orandi ratione suscepta riteque celebrata ex institutione Dominici Patris, pietas, fides concordia restitui, hæreticorum moliciones atque artes disici passim cœpere: ad hæc, plurimi errantes ad sanitatem revocati, et catholicorum armis quæ fuerant ad vim propulsandam sumpta, impiorum compressus furor.

Eiusdem precatone efficacitas et vir mirabiliter etiam perspecta est sæculo decimo sexto, cum ingentes Turcarum copiæ Europæ prope universæ superstitionis et barbariæ jugum intentarent. Quo tempore sanctus Pius V Pontifex Maximus, excitatis ad communium rerum tutelam principibus christianis, omni studio in primis egit ut potentissima Mater Dei, per Rosarii preces implorata, nomini christiano volens propitia succurreret. Nobilissimum sane spectaculum per eos dies cælo terræque exhibitum omnium in se mentes animosque

tólico de su ministerio, emprendió la defensa de la Iglesia con levantado espíritu, confiado no en la fuerza, no en las armas, sino principalmente en aquella oracion que él instituyó con el nombre de Rosario y que él difundió por todas partes por si mismo y por sus discípulos. Conocia por instinto é inspiracion divina que con el auxilio de su precatone ó Rosario, como con una poderosísima arma de guerra, vencidos y destrozados los enemigos, se verian obligados á deponer su loco é impio atrevimiento. Y así sucedió en efecto. Pues aceptada esa oracion y practicada como habia enseñado Santo Domingo, poco á poco comenzaron á revivir la piedad, la fé y la concordia y á desvanecerse las maquinaciones y arterias de los hereges: además muchos estraviados se convirtieron y las armas de los católicos tomadas para rechazar sus ataques, sirvieron para reprimir su furor.

La eficacia y fuerza de esta misma oracion brilló tambien maravillosamente en el siglo diez y seis, cuando formidables ejércitos de Turcos intentaron imponer á casi toda la Europa el yugo de la supersticion y de la barbarie. Entonces el Santo Pontífice Pio V. despues de haber invitado á todos los Príncipes cristianos á la defensa común cuidó en primer término con grande empeño que la poderosísima Madre de Dios invocada por medio del Rosario, favoreciera propicia á los cristianos. El nobilísimo espectáculo que en aquellos dias presen-

convertit. Hinc enim Christi fideles non procul a Corinthiaco sinu vitam et sanguinem pro religionis patriæque incolumitate fundere parati hostem interriti opperiebantur; illinc inermes pio supplicantium agmine, Mariam inclamabant, Mariam ex Rosarii formula iteratis vicibus consalutabant, ut certantibus adesset ad victoriam. Adstitit exorata Domina; nam commisso ad Echinadas insulas navali prælio, christianorum classis, sine magna suorum clade, fuis cæsisque hostibus, magnifice vicit. Quare idem sanctissimus Pontifex in accepti beneficii memoriam, anniversarium tanti certaminis diem honori Mariæ Victricis festum haberi voluit: quem Gregorius XIII titulo Rosarii consecravit.

Simili modo, superiore sæculo, semel ad Temesvariam in Pannonia, semel ad Corcyram insulam nobilis est de Turcarum copiis victoria reportata: idque sacris Magnæ Virgini diebus, precibusque pio Rosarii ritu ante persolutis. Quæ res Clementem XI Decessorem Nostrum adduxit ut grati animi ergo, solemnem Deiparæ a Rosario honorem quotannis habendum tota Ecclesia decreverit.

Igitur cum sacra hæc precandi formula tantopere Virgini grata esse dignoscatur, eaque ad Ecclesiæ populique christiani defensionem et

ció el cielo y la tierra asombró al universo. De una parte los fieles colocados no lejos del istmo de Corinto y preparados á dar su vida y su sangre en defensa de la religion y de la pátria, aguardaban al enemigo; de otra inermes y formando un escuadron de supplicantes, invocaban á María, saludaban reiteradamente á María con el rosario, para que asistiera y diera la victoria á los que peleaban. Y les favoreció la Señora; pues trabado el combate naval en las aguas de Lepanto, la armada de los cristianos, sin gran pérdida de las suyos, habiendo puesto en fuga y arrollado á los enemigos, consiguió una magnífica victoria. Por lo cual el mismo Santo Pontífice quiso que se tuviera como festivo en honor de María de la Victoria el aniversario de tan gran batalla, y Gregorio XIII lo dedicó al titulo del Rosario.

Del mismo modo en el siglo pasado se consiguieron dos insignes victorias, una junto á Temeswar en Hungria y otra junto á la isla de Corfú; y esto en los dias consagrados á la gran Vírgen y habiendo rezado antes devotamente el Santo Rosario. Y esto movió á nuestro Predecesor Clemente XI para que, en prueba de agradecimiento, mandara que toda la Iglesia celebrara anualmente la solemnidad del Rosario.

Visto, pues, que esta manera de rezar es tan grata á la Vírgen y utilísima para la defensa del pueblo cristiano, y para conseguir pública y privadamente los divinos beneficios; no es extraño que otros pre-

ad divina beneficia publice privatimque impetranda apprime conferat; mirum non est, eximiis eam præconiis alios quoque Decessores Nostros efferre atque augere studuisse. Sic Urbanus IV *quotidie per Rosarium christiano populo bona provenire* testatus est. Sixtus IV hunc orandi ritum *ad honorem Dei et Virginiis, et ad imminetia mundi pericula propulsanda opportunum*; Leo X *adversus hæresiarchas et gliscentes hæreses institutum*, et Iulius III *romanæ Ecclesiæ decorem* dixerunt. Itemque de eo sanctus Pius V. *hoc, inquit, orandi modo evulgato, cæpisse fideles iis meditationibus accensos, iis precibus inflammatos, in alios viros repente mulari, hæresum tenebras remitti, et lucem catholicæ fidei aperiri.* Demum Gregorius XIII *Rosarium a beato Dominico ad iram Dei placandam et Beatæ Virginis intercessionem implorandam fuisse institutum.*

Hac Nos cogitatione, exemplisque Decessorum Nostrorum permoti, opportunum omnino censemus solemnes hoc tempore supplicationes ob eam causam institui, ut invocata per Rosarii preces Virgine augusta, parem necessitatibus opem a Iesu Christo eius Filio impetremus. —Perspicitis, Venerabiles Fratres, Ecclesiæ labores dimicationesque diuturnas et graves. Christianam pietatem, publicam morum hones-

decesores nuestros la hayan enaltecido con tan solemnes elogios y se hayan esforzado en propagarla. Urbano IV *aseguró que diariamente consigue el pueblo cristiano muchos beneficios por el Rosario.* Sixto IV *que esta manera de orar es adecuada para honrar á Dios y á la Virgen y para alejar los peligros que amenazan al mundo;* Leon X *que habia sido instituido contra los heresiarcas y contra las crecientes herejias;* y Julio III *le llamó el honor de la Iglesia Romana.* De él dijo San Pio V, *que conocida esta manera de orar, los fieles encendidos con estas meditaciones é inflamados con estas preces empezaron á cambiarse repentinamente en otros hombres, las tinieblas de les herejias empezaron á disiparse y brilló la luz de la fé católica.* Por último Gregorio XIII *Declaró que el Rosario fué instituido por Santo Domingo para aplacar la ira de Dios é implorar la proteccion de la bienaventurada Virgen.*

Movidos Nos por estas consideraciones y por los ejemplos de Nuestros Predecesores, juzgamos enteramente oportuno que se deben hacer en esta ocasion solemnes rogativas con el fin de que, invocada la augusta Virgen, consigamos de su Hijo Jesucristo el remedio de nuestras necesidades. Veis, Venerables Hermanos, que los trabajos y combates de la Iglesia son diarios y graves; que la piedad cristiana, que la pública honestidad de las costumbres y que la misma fé, que es el sumo bien y el principio de las demás virtudes se encuentran

tatem, fidemque ipsam, quæ summum est bonum virtutumque ceterarum principium, majoribus quotidie periculis videmus oppositam. Item difficilem conditionem variosque angores Nostros non modo cognoscitis, sed facit caritas vestra ut quadam Nobiscum societate et communione sentiatis. Miserrimum autem est, ac longe luctuosissimam, tot animas Iesu Christi sanguine redemptas, quodam aberrantis sæculi veluti correptas turbine, præcipites in pejus agi atque in interitum ruere sempiternum. Igitur divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus ad publica sananda vulnera Marialis Rosariû usum invexit. Ille vero cælesti pervidit lumine, ætatis suæ malis remedium nullum præsentius futurum, quam si homines ad Christum, qui *via veritas et vita* est, salutis per Eum nobis partæ crebra commentatione rediissent: et Virginem illam, cui datum est *cunctas hæreses interimere*, deprecatricem apud Deum adhibuissent. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostræ mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur, sertum ex angelica salutatione contextum, interjecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Iesu Christi. Nos igitur haud absimili malo idem quærentes remedium, non dubitamus, quin eadem hæc a beatissimo viro tanto cum orbis catholici

cada dia expuestas á los mayores peligros. Ademas no solo conoceis la difícil situacion y las varias angustias de nuestra alma, sino que las sentis por el amor que Nos teneis y por la union en que con Nos vivis. Es tristísimo y muy lamentable que tantas almas redimidas por la sangre de Jesucristo arrebatadas por el torbellino de un siglo prevaricador se precipiten en el mal y caigan en la eterna ruina. No es por tanto menos necesario hoy el auxilio de Dios, que cuando el gran Domingo introdujo el uso del Rosario de María para curar las heridas de la sociedad. Conoció él ilustrado por una luz celestial, que ningun remedio sería más eficaz para los males de su tiempo que aproximar los hombres á Cristo, que es *camino verdad y vida*, por la frecuente meditacion de la redencion que El nos mereció y darles por mediadora delante de Dios á aquella Vírgen, á quien fué concedido *destruir todas las herejias*. Por esto dispuso de tal manera la forma del Rosario, que, al mismo tiempo que se recordasen por su órden los misterios de nuestra reparacion, se enlazase á este officio místico de meditacion una mística guirnalda formada de la salutation angélica intercalando la oracion dominical. Nos, pues, buscando el mismo remedio para un mal igual, no dudamos que esta misma oracion, introducida por tan santísimo varon con tanta utilidad del mundo católico, ha de contribuir mucho tambien á aminorar las calamidades de nuestros tiempos.

molumento inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad elevandas nostrorum quoque temporum calamitates.

Quamobrem non modo universos christianos enixe hortamur, ut vel publice vel privatim in sua quisque domo et familia pium hoc Rosari, officium peragere studeant et non intermissa consuetudine usurpanti sed etiam INTEGRUM ANNI LABENTIS OCTOBREM MENSEM cælesti Regi- næ a Rosario sacrum dicatumque esse volumus.—Decerminus itaque et mandamus, ut in orbe catholico universo hoc item anno solemnia Deiparæ a Rosorio peculiari religione et cultus splendore celebrentur; utque a prima die proximi octobris ad secundam subsequentis novembris, in omnibus ubique curialibus templis, et si Ordinarií locorum utile atque opportunum judicaverint, in aliis etiam templis sacra- riisve honori Deiparæ dedicatis, quinque saltem Rosarii decades, adjec- tis Litanis Lauretanis religiose recitentur: optamus autem ut ad has preces conveniente populo, eodem tempore vel sacrum ad altare fiat, vel Sacramento augusto ad adorandum proposito, sacrosancta deinceps hostia pius supplicantium cœtus rite lustretur.—Magnopere probamus, sodalitates a Rosario Virginis solemnibus pompis vicatim per urbes, accep- ta majoribus consuetudine, publicæ religionis causa procedere. Qui- bus autem in locis id injuria temporum forte non licet, quidquid pu-

Por lo cual no solo exhortamos encarecidamente á todos los cristia- nos á que pública y privadamente cada uno en su casa y familia recen el Santo Rosario y adquieran la costumbre de rezarlo, sino que tambien queremos que TODO EL MES DE OCTUBRE DE ESTE AÑO sea con- sagrado y dedicado á la celestial Reina del Rosario. Decretamos, pues y mandamos, que en todo el Orbe católico, en este dicho año, se cele- bre la fiesta de la Virgen del Rosario con peculiar devocion y brillante culto; y que DESDE EL PRIMER DIA DE OCTUBRE HASTA EL DOS DE NO- VIEMBRE SIGUIENTE se recen á lo menos cinco decenas del Rosario con la letanía Lauretena en todos los templos parroquiales, y, si los Ordinarios lo juzgasen útil y conveniente, en todas las Iglesias y Capillas consagradas á la Virgen: deseamos tambien que cuando concorra el pueblo á estas oraciones, al mismo tiempo ó se celebre una misa ó se exponga el Santísimo Sacramento á la adoracion de la pia- dosa muchedumbre de fieles y se dé la bendicion con la sacrosanta Hostia. Aprobamos en gran manera que las cofradias del Rosario, siguiendo las costumbres de sus mayores, y para hacer pública su devocion hagan sus procesiones por las calles con solemne pompa. En aquellos puntos en que acaso la condicion de los tiempos no per- mita hacer esto, compénsese lo que en esta parte se quita á la públi- ca devocion, con una asistencia más frecuente á los templos y brille

blicæ religioni ex hac parte detractum est, frequentiore redimatur ad sacras ædes accursu; et diligentiore virtutum christiánarum exercitatione fervor pietatis eluceat.

Eorum autem gratia, qui quæ supra jussimus facturi sunt, libet cælestes Ecclesiæ thesauros recludere, in quibus ipsi incitamenta simul et præmia pietatis inveniant. Omnibus igitur qui intra designatum temporis spatium, Rosarii cum Litanis publicæ recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus obtinendam concedimus. Quo beneficio frui pariter posse volumus, quos supplicationibus publicis supra dictis legitima causa prohibeat, hac tamen lege ut eidem sacræ exercitationi privatim operam dederint itemque Deo ad mentem Nostram supplicaverint. — Eos vero qui supra dicto tempore decies saltem, vel publice in sacris templis, vel iustas ob causas privatis in domibus eadem peregerint et, expiatis rite animis, sacra de altari libaverint, piaculo omni et statis admissorum poenis ad pontificalis indulgentiæ modum exsolvimus. — Plenissimam ad admissorum suorum veniam omnibus etiam elargimur, qui vel in ipsis beatæ Mariæ Virgis a Rosario solemnibus, vel quolibet ex octo consequentibus diebus, ablutis pariter salutari confessione animis, ad Christi

el fervor de la piedad por el más esmerado ejercicio de las virtudes cristianas.

En favor de los que practiquen lo que dejamos mandado, queremos abrir los celestiales tesoros de la Iglesia en los cuales encuentran ellos juntos el estímulo y el premio de su piedad. A todos, pues, los que dentro del tiempo designado asistieren á la pública recitacion del Rosario con las letanías y oraren segun nuestra intencion concedemos una indulgencia de siete años y siete cuarentenas que han de ganar por cada vez. Y de este beneficio queremos que puedan gozar aquellos que por legítima causa no puedan asistir á las públicas oraciones, con tal que privadamente practique el mismo sagrado ejercicio y pidan á Dios segun nuestra intencion. A los que en el referido tiempo practicaren diez veces á lo menos dicho ejercicio, ó públicamente en los sagrados templos, ó por justas causas en sus casas particulares, y purificadas debidamente sus conciencias, comulgaren, los absolvemos de toda expiacion y de las penas por los pecados cometidos á manera de indulgencia plenaria. Concedemos tambien este mismo plenísimo perdon de todos sus pecados á aquellos que, ó en la misma festividad del Rosario, o en cualquiera de los ocho dias siguientes, habiendo confesado comulgaren y pidieren á Dios y á la

mensam accesserint, et in aliqua æde sacra pro Ecclesiæ necessitatibus ad mentem Nostram Deo et Deiparæ rite supplicaverint.

Agite vero, Venerabiles Fratres; quantum Vobis curæ est et Mariæ honos et societas humanæ salutis, tantum studete populorum in Magnam Virginem alere pietatem, augere fiduciam. Divino quidem munere factum putamus, ut, vel turbulentissimis hisce Ecclesiæ temporibus, in maxima christiani populi parte stet ac vigeat antiqua in augustam Virginem religio et pietas. Nunc vero exhortationibus his Nostris excitatæ, vestrisque vocibus incensæ christianæ gentes vehementiore in dies animi ardore sese in Mariæ tutelam fidemque recipiant; et adamare magis ac magis insistant, Marialis, Rosarii consuetudinem, quam majores nostri non modo uti præsens in malis auxilium, sed etiam nobilis instar tesseræ christianæ pietatis habere consueverunt. Obsecrationes concordés ac supplices libens excipiet humani generis Patrona cælestis, illudque facile impetrabit, ut boni virtutis laude crescant; ut devii sese ad salutem colligant ac resipiscant; ut vindex scelerum Deus ad clementiam ac misericordiam conversus rem christianam remque publicam, amotis periculis, optatæ tranquillitati restituat.

Hac spe erecti, Deum ipsum, per Eam in qua totius boni posuit ple-

Virgen en algun templo por las necesidades de la Iglesia segun nuestra intencion.

Ea pues, Venerables Hermanos; quanto os interesa el honor de María y la salvacion de la sociedad humana, tanto os habeis de esforzar por nutrir la piedad y aumentar la confianza de los pueblos en la gran Virgen. Consideramos que es un beneficio del cielo, el que aún en estos turbulentísimos tiempos de la Iglesia, se conserve y florezca en la mayor parte del pueblo cristiano la antigua devocion y piedad á la augusta vírgen. Y ahora, excitadas las naciones cristianas con esta nuestra exhortacion é inflamadas con vuestras predicaciones, acójanse á la proteccion de María con fervor creciente é insistan en amar más y más la costumbre de rezar el Rosario de María, que nuestros padres consideraron no solo como un auxilio en los males presentes, sino como noble distintivo de la piedad cristiana. La celestial Patrona del género humano acogerá benigna las oraciones comunes y humildes y conseguirá facilmente que los buenos crezcan en virtudes; que los extraviados vuelvan al bien y se arrepientan; y que Dios, vengador de los pecados, hecho clemente y misericordioso devuelva á la Iglesia y á la sociedad, disipados los peligros, el deseado reposo.

Confortados con esta esperanza pedimos con el mayor fervor al Se-

nitudinem, summis animi Nostri votis enixe obsecramus, ut maxima quæque Vobis, Venerabiles Fratres, cælestium bonorum munera largiatur: in quorum auspiciis et pignus, Vobis ipsis et Clero vestro et populis cuiusque vestrum curæ concredit, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die I Septembris A. MDCCCLXXXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XIII.

ñor por mediacion de Aquella, en quien depositó la plenitud de todo bien, que os conceda á vosotros, Venerables Hermanos, toda clase de dones celestiales; y como augurio y prenda de ellos concedemos amantísimamente á vosotros mismos y á vuestro clero y á los pueblos que están confiados á cada uno de vosotros, la Bendicion Apostólica.

Dado en Roma en San Pedro en 1.º de Setiembre de 1883. Año sexto de Nuestro Pontificado.

LEON PAPA XIII.

No siendo posible el contestar separadamente á cuantas personas así eclesiásticas como seglares se interesan por la importante salud de nuestro Ilmo. Rmo. Prelado, preguntando con frecuencia por su estado; á la vez que les damos las mas cumplidas gracias en nombre de S. S. I. y Rma., tenemos la satisfaccion de publicar que el ilustre enfermo se encuentra notablemente aliviado; y que abrigamos fundada esperanza de verle completamente restablecido. ¡Quiera Dios conceder este señalado beneficio á la Diócesis Oxomense! Contiúemos nuestras oraciones al efecto.

NECROLOGÍA.

En 6 de Diciembre de 1881 falleció D. Juan de Miguel Gallego, párroco de Acinas.—En 1.º de Enero de 1882 falleció D. Máximo Urrutia, párroco de Atauta.—En 20 de Marzo falleció D. Gregorio Calonge, párroco de Sauquillo de Boñices.—En 5 de Abril falleció D. Mateo Perez Poyo, párroco de Almarza.—En 30 de id. falleció D. Estanislao Sanz, párroco de Pedrajas y en 20 de Mayo falleció D. Cándido Dominguez, párroco de Covaleda. R. I. P.